





Q 241


Handwritten text on a strip of paper with red vertical lines, partially obscured by the book's binding.





Disertationum harum in unum Volumen redactarum  
editionem optat, et ab Autore flagitat Casp. Sagitt.  
in libello de Jmitat. Cocenij Albert. edito S. 49. p. 77. 78.





1  
2  
3  
4





Index

d. 3. Febr. 1679.

Dissertationum Thomafianarum

1. ~~Primum factum.~~

1. An deus sit materia prima. Phys.

2. de tempore.

3. de origine animae. ed. 1. et 2.

4. de G. A. disp. Amant. Ven.

5. de forma hominis.

Ethico-polit.

6. de minimis numero personarum sanctorum et civitatis.

7. de potestate patris

8. de societate paterna.

9. de societate nuptiali.

10. de statu naturali ac legali.

11. Dea boni perfectioris Politicis.

12. de ministris.

13. de notione in Reg. intestinis ac revocabilibus causis.

14. de potestate legislativa.

15. de potestate agendi iurum.

16. de ratione patriae.

17. de iure belli majestatis.

18. religioe Christianae non minus fortitudinem bellicam.

19. de latrociniis gentis in gentem.

20. de Legato inviolabili.

21. de Cynocoratiâ subsidiaria.

22. de iure principum.

23. de certamine infantis inter regna successores et electi.

24. de Ostracismo alijque excoctis relictis.

25. de Virtutibus Cardinalibus prima

26. - - - - - secunda.

27. de Philanthropia.

28. de amore parentum.





29. de officio hominis circa utilitatem fut. cont.  
 30. de styli et sive n. i. s. m. fugiendo. Philol.  
 31. de Jephre et Polluce.  
 32. de Cingaris.  
 33. de mandragora.  
 34. de hibernaculis hirsutidum.  
 35. de Vise talperum.  
 36. de hirsutibus W. Evangelistarum. dua edito.  
 37. de nominibus et hirsutibus lapsis.  
 38. de morte in urbis.  
 39. de vite Vet. Christianorum pro cardis verus orientem.  
 40. de poculo S. Iohannis.  
 41. de Petro Droplis.  
 42. de fabulis Paltarum.  
 43. de Dextris Metaphis.  
 Repudantiis Autibus.  
 44. de Indiciis Papistarum appunatris.  
 45. de transformatioe Somnium in Bruta.  
 46. 47. de foeminarum eruditione.  
 48. de Duellis.  
 49. de cautelis principum circa colloquia, et congressus. (F. 100.  
 50. de Elizabetha.  
 51. de barba. | de vagantibus Scholasticis.  
 52. primum falsum.  
 53. de gemis.  
 54. de actionum humanarum principis.  
 55. de natura et constitutione Politicis.  
 XXIV. Programmata.



XXIV. Programmata.

Oratio solennis et quatuor temporum.


Compellatio ad S. Jan. Mullerum,

Renoua Wendlandi.


Euphorisior Prebijo oblatum.

Calamo Caryoniano fer.
















DISPUTATIO PHYSICA  
*De*  
**TEMPORE,**

*Quam*  
DEI & Academiae nutu sub Praesidio  
*VIRI*  
CLARISSIMI ATQUE EXCELLENTISSIMI  
DN. M. JACOBI THOMASII,  
Eloquentiae P.P. celeberrimi, Facult. Philosoph. As-  
sess. gravissimi, nec non Min. PP. Collegii Colle-  
giati Dignissimi. &c.

Dn. Praeceptoris Patroni atq; Promotoris omni ob-  
sequentiae cultu aetatem prosequendi

Publicae Eruditorum disquisitioni ad  
diem XXVI. Novembr. An. M. DC. LIX.  
proponit

CHRISTOPHORUS GRÆFIUS  
Sulzâ Thuring. Magisterii Candidatus.

---

Lipsiæ  
Typis Bauerianis.



DISPUTATIO  
DE  
TEMPORIBUS

DEI & ACADEMIAE HUIUSMODI  
N. R. I.  
EXCERPTUM ATQUE EXCELLENTISSIMUM  
DNI. M. JACOBI THOMASII  
PROFESSORIS P. P. (S. S. THEOLOGICAE FACULTATIS)  
HUIUSMODI ACADEMIAE COLLEGIUM  
S. S. THEOLOGICAE FACULTATIS

DEI GRATIA  
P. P. THEOLOGICAE FACULTATIS  
PROFESSORIS  
D. N. JACOBI THOMASII  
P. P. THEOLOGICAE FACULTATIS  
HUIUSMODI ACADEMIAE COLLEGIUM  
S. S. THEOLOGICAE FACULTATIS

CHRISTOPHUS CRISTOPHUS  
HUIUSMODI ACADEMIAE COLLEGIUM  
S. S. THEOLOGICAE FACULTATIS  
P. P. THEOLOGICAE FACULTATIS  
HUIUSMODI ACADEMIAE COLLEGIUM  
S. S. THEOLOGICAE FACULTATIS







## Juvante Triuno !

§. 1. Varias temporis significationes hîc enumerare non putamus necessarium. Ipsa Disputationis inscriptio admonebit Lectorem, eo sensu nos id vocabulum rerere velle, qui *Physicis* est familiaris.

§. 2. Neque verò dubitamus, ad *Physicos* considerationem temporis pertinere.

§. 3. Cujus doctrinam quod doctiss. Comenius, & ante hunc David Crusius in *Physicis* suis libellis omiserunt, non magis imitandum est, quam quod Ramus de tempore disputari putavit oportere in *Dialecticis*.

§. 4. Crusio tamen, qui ne de motu quidem in *Delineatione* suâ *Physicæ Peripatetico-Hermeticæ* ullibi exposuit, minus ignoscas, quàm Comenio, qui cap. 3. *Synops. Physicæ Motûs* certè naturam explicare tentavit, & ibi p. 35. obiter temporis fecit mentionem, tanquam cujus causâ motus Soli & aliis *Stellis* sit attributus.

§. 5. Utcunque ergò tempus consideravit: sed ut *finem* motûs vel *effectum*.

§. 6. Aliter paulò Aristoteles noster postremâ parte *Quartæ* *Physicorum*, prout scil. est aliqua motûs *affectio*. Est enim hoc ab eruditis observatum è *III. Phys.* 1. hâc præcipuè causâ suscepisse *Philosophum* speculationes suas de *Finito, Loco, Vacuo, Tempore*, quòd videret, hæc omnia pertinere ad *Motum*.

§. 7. Quod si verum est ( ut esse apparet ) *Motui* tempus *subordinavit* Aristoteles. At recentiores nostri hæc duo *coordinant*. Ponunt enim affectiones corporis naturalis internas duas, *Motum & Finitudinem*; externas totidem, *Locum & Tempus*. Et hoc unum est, in quo ab Aristotele paulisper deflectere videntur.

A 2

§. 8. Al-



§. 8. Alterum è priore fluit. Nam à tempore immèdiatè afficitur, secundum Aristotelem quidem *Motus*, secundum nostros verò *Corpus naturale*.

§. 9. Tertio, Liberum sibi fecit Aristoteles, Tempus considerare, ut aliquid subjecto suo jam *interuum* (unde quæstio quomodo differat Tempus à Motu, eo scil. cui inest?) jam *externum* (ut cum asserit, motum omnem ac mutationem esse in tempore.) Nostri verò dum tempus ab *internis* affectionibus excludunt, hoc ipso arctiores terminos præiverunt nobis.

§. 10. Illis enim hîc obsequi decrevimus: tum quia passim jam recepta est per scholas horum partitio: tum quia videmur hoc pacto dedinare posse multa, quibus in hoc argumento fatigantur ingenia magis, quàm pascuntur.

§. 11. Neque tamen seponemus Aristotelem. Is enim libri IV. cap. 12. 13. & quod ultimum est, 14. reliquit nobis hanc in rem egregia multa, quibus quoad commodum erit, utemur.

§. 12. Sit ergò hoc quasi principium constitutum, unde tota nostra proficiscatur Disputatio, *Tempus esse corporis naturalis affectionem externam*.

§. 13. Quod prædicatum quoniam ei cum Loco est commune, ut generis vicem in Definitione sustinere possit, juvabit hâc occasione *Temporis Locique similitudinem* paulisper excutere.

§. 14. Eam Philosophus noster c. 12. sic enunciat, ut dicat & à Tempore & à Loco res *contineri*, seu *ὑπερῆχθαι*, subaudi, tanquam ab aliquo *externo*. Hoc nimirum est, quod Corpora ut IN Loco, sic IN Tempore esse feruntur.

§. 15. Id quod è præcedentibus apud Aristotelem & sequentibus sic illustrabitur, ut sensus sit, corpora Tempori aut Loco non tantum coëxistere (nam si hoc sufficeret, DEUS quoque foret in tempore, & Cælum in grano mili:) sed etiam in *existere*, hoc enim est *contineri*: inexistere verò non ut alicui interno, (quo modo partes temporis, item affectiones ejus, ut esse longum vel breve, tempori insunt ceu toti aut subjecto,) sed tanquam *externo*.

§. 16. Hoc



§. 16. Hoc ergò est, Tempus Locumque esse affectio-  
nes externas, seu, ut alii vocant, circumstantias. Quâ occasio-  
ne Comparationis inter Tempus & Locum plura membra col-  
ligere operæ pretium est. Id enim instituto nostro mirificè sub-  
serviet.

§. 17. Disputant quidam, *Cælum non esse in Loco pro-*  
*priè* (sanè non ambitur ab ullo corpore) sed sublunaria tantùm.  
Planè sic sensit Aristoteles, *non Cælum sed sola sublunaria esse in*  
*tempore.* Ait enim: *ἅ αἰεὶ ὄντα, ἢ αἰεὶ ὄντα, ἐν ἔστω ἐν χρόνῳ. &*  
*postea: ὅσα μὲν ἐν φθαρτῶ καὶ γεννητῶ, καὶ ὅλως, ὅτε μὲν ὄντα,*  
*ὅτε δὲ μὴ, ἀνάγκη ἐν χρόνῳ εἶναι.*

§. 18. Quanquam autem perperam opinatus est, cœ-  
li durationem principii pariter & finis esse expertem, quod nos  
scripturis sacris edocti & olim creatum esse scimus, & interitu-  
rum credimus: tamen ea sententia, quæ Cælum *Tempori* ex-  
emptum *Ævo* subjicit (nota sunt *Aternitatis, Ævi, Temporis*  
discrimina) nihil habet Philosophiæ Christianæ repugnans, præ-  
supposito, cœli corruptionem fore supernaturalem, in Tempo-  
re autem non esse, quæ à naturâ non destinantur interitui. Vid.  
Scheibl. Lib. 1. Metaph. c. 16, n. 71.

§. 19. Quòd si maximè placet Cœlo etiam Tempus  
assignare, alio tamen pacto, quàm sublunaribus assignandum vi-  
detur: illi scilicet, ut *interna* quædam affectio, his, ut *externa*.  
Nam ita loci quoque naturam longè aliter cœlo, aliter inferio-  
ribus competere asserunt.

§. 20. Pergamus. Locus dividitur in *proprium* & *commu-*  
*nem*: addamus nos *communissimum*, qui sublunarium omnium  
unus est, superficies cœli concava. Pariter tempus aliud *propri-*  
*um*, ut quod vitam meam exactè circumscribit: aliud *commune*,  
ut seculum præsens, quatenus id plurium vitas complectitur;  
*communissimum* omnibus generabilibus unum, ab exordio mun-  
di ad finem, cœli conversionibus digestum. De quo illud Philo-  
sophi interpreteris, cum *maius quid tempus omni eo, quod in tempo-*  
*re est, sumere* nos jubet.

§. 21. Etiam hoc addemus. Ut sua corporibus *Loca*, sic  
Tempora *Naturalia* sunt, sive vivacitatem spectes, sive nascendi



moriendiq; opportunitatem : id quod in floribus maximè per-  
spicuum est.

§. 22. His modis cùm Tempus Loco simile sit, videamus  
nunc differentiam utriusq; ut definitionem compleamus.

§. 23. Commune Peripateticorum effatum Loco vim tri-  
buit *generandi* & conservandi: at Tempori Aristoteles *corrūpendi*  
potius quàm generandi facultatem c. 12. & 13. Sed quia hoc ex  
accidenti evenit, non satis idoneum est, quod in definitionem as-  
sumatur.

§. 24. Aliam ergò differentiam excutiamus: Loco ut *vase*,  
Tempore ut numero, h. e. mensurâ (quam hic ut *activam* conside-  
ramus,) res comprehenduntur: Quare Locus vasi c. 4. & 5. Tem-  
pus unâ seu cubito comparatur c. 12. Est hoc quidem aliquid: ve-  
rùm quia & Locus quoddam mensuræ instar habet, ex ipsâ men-  
suræ ratione petendum erit novissimum discrimen.

§. 25. Non opus est multis. E distinctionibus Castanæi  
Locum vocabimus *Mensuram manentem*, Tempus *fluentem*. Ille  
enim ens est *permanens*, hoc *successivum*.

§. 26. Nec aliò respexit Aristoteles in definitione temporis  
per vocabula *secundum prius* & *posterius*, nisi ad illam partium  
successionem, quæ sunt in tempore ac motu.

§. 27. Sed hic emergit difficultas. Quomodo enim tem-  
pus, ut *successivum* mensurabit corpora naturalia ut *permanencia*?  
cùm omnis mensura debeat esse *ὁμογενής* mensurato. Dicendum,  
mensurari corpus à tempore, non secundum *esse* corporis *ut sit*,  
sed quoad istius esse *durationem*, quæ figuram habet aliquam entis  
successivi, utpote partes suas non simul habens.

§. 28. Neq; objiciat aliquis: illam durationem quieti simi-  
lem videri, cùm sit permansio rei in existentiâ, quietem autem mo-  
tui, successivo enti, opponi. Respondebit enim pro nobis Nice-  
phorus Blemmida c. 9, Epit. Phys. docebitque ipsam quietem ef-  
se motum quempiam. *Duplex enim, inquit, motus est, unus quieti*  
*oppositus, alter fluxio simpliciter & extensio* (durationem dicerent  
Metaphysici) *qui etiam quietem comprehendit. Tempus igitur cùm*  
*id quod movetur, tum quod quiescit, metitur. Nam & motum ejus*  
*metietur, & quietem, quanta sit, h. e. utriusq; eorum, quantum ad essen-*  
*tiam, attinet, extensionem.*

§. 29.



§. 29. Non ergò ita similis est quieti duratio, quin & motui comparari queat. Quid quòd & motum durare dicimus? Et hæc durationis motusq; similitudo facit, ut corpora, quatenus durationis capacia sunt, mensurari queant à tempore.

§. 30. Id magis intelliget, qui Metaphysicis assentietur, ipsam cujusq; corporis corruptibilis durationem esse *tempus* ejus *internum*. Hujus ergò mensuram esse tempus hoc nostrum *externum* quis mirabitur amplius?

§. 31. Secundùm hæc jam licebit illud interpretari Principis Philosophorum c. 12. ubi cùm dixisset, & motum ipsum & esse motus tempore mensurari, statim subjungit: *δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἄλλοις* (corpora ipsa intelligit) *ἔστι τὸ ἐν χρόνῳ εἶναι τὸ μετρεῖσθαι αὐτῶν τὸ εἶναι ὑπὸ ἑξ ἁρόν.* In his τὸ εἶναι durare est. Vult ergò, tempus esse mensuram non modò durationis ejus, quæ est in motu, sed & quæ in ipsis corporibus, sive quiescant aliàs sive moveantur.

§. 32. His ita declaratis evidentissimum est discrimen Temporis & Loci. Metitur Locus naturalium corporum situm, Tempus durationem. Nec alia Blemmidæ doctrina est.

§. 33. Exstruamus ergò temporis perfectam definitionem hanc: *Tempus est affectio corporis naturalis externa durationem ejus mensurans.* Breviùs: *est externa corporis juxta durationem mensura.*

§. 34. Aristoteles ita c. 11. *ἐστὶν ὁ χρόνος ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον.* Ultima verba jam §. 26. exposuimus. Reliqua etsi putamus de tempore prolata esse, quatenus cuilibet motui internum est, tamen externo huic nostro facillè aptabimus interpretando, & idem cogemus dicere, quod §. præc. dictum est à nobis.

§. 35. Nam in ἀριθμῶ mensuræ est significatio. Varinus in Lexico: *Ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν ἑξ ἑποσῶ τῶν ὑπὸ κειμένων.* Hæc ipsissima mensuræ notio est: *μέτρον ἐστὶν ὃ τὸ ποσὸν γινώσκεται,* X. Metaph. 1. Et disertè noster c. 12. Tempus aliquoties *μέτρον* vocat κινήσεως.

§. 36. Κίνησιν vero hic aut *durationem* interpretabimur corporum sublunarium ex iis fundamentis, quæ §. 28. jecimus:  
aut cum



aut cum Scaligero Exerc. 352 sect. 2. *motum* eorundem, strictiore quidem sensu, sed qui crassiori Minervæ satisfaciat.

§. 37. Qui hanc vocem ad *cœlestes motus* trahunt, totam sententiam sic constituent: tempus esse mensuram his quidem sublunaribus externam, sed internam cœlestibus. Sic ulna panno externa est, baculo interna; superficies ambientis locato externa, locanti corpori est interna.

§. 38. Cur autem ad sublunaria metienda non quies sed motus, & è motibus localis, & è localibus circularis hoc est cœlestis adhiberi debuerit, & in cœlestibus præcipuè sint partes primi mobilis, pulcherrimè docemur è conditionibus bonæ mensuræ. Quam Evidentem, regularem, & in suo genere primam esse oportet. Copiosius hæc sunt apud Aristotelem c. 14.

§. 39. Nectamen Soli Lunæve denegandæ hic suæ vires, quibus ipsâ Icripturâ teste hoc negotium dedit DEUS quartâ creationis die, ut essent in signa & tempora, Gen. i. v. 14.

§. 40. Ergò ante illum diem quartum non erat tempus? Erat internum, non erat externum hoc. Quo nequidum opus erat.

§. 41. Quid autem de temporibus. Josuæ dicemus, quibus Sol stare iussus est? Nimirum, ne sic quidem fuisse nullum tempus internum: sed externo vim mensuræ, interemptam quadantenus fuisse ab eo, cuius nomen est benedictum in secula.

COROLLARIA. 1. *Terra non est elementum frigidissimum.*  
2. *Metalla non sunt animata.* 3. *Monarchia due tantum sunt species, Regnum & Tyrannis.* 4. *Datur Respublica mixta.*

Quid Bacchos quæras, quid Tempus? GRÆFIUS unus,  
Si quisquam, exactè Te docuisse potest.

*Suo jampridem Charissimo  
ponebat Numburgi,*

**M. Theophilus Colerus,**  
Senat: ibid: Rector.

F I N I S.



DD A 6358

ULB Halle 3  
002 920 387



sb.

Reho ✓ 10/17

511 R











2

DISPUTATIO PHYSICA  
*De*  
**TEMPORE,**

*Quam*  
DEI & Academiae nutu sub Praesidio  
*V I R I*  
CLARISSIMI ATQUE EXCELLENTISSIMI  
DN. M. JACOBI THOMASII,  
Eloquentiae P.P. celeberrimi, Facult. Philosoph. As-  
sess. gravissimi, nec non Min. PP. Collegii Colle-  
giati Dignissimi. &c.

Dn. Praeceptoris Patroni atq; Promotoris omni ob-  
sequentiae cultu aetatem prosequendi

Publicae Eruditorum disquisitioni ad  
diem XXVI. Novembr. An. M. DC. LIX.  
proponit

CHRISTOPHORUS GRÆFIUS  
Sulzâ Thuring. Magisterii Candidatus.

---

Lipsiæ  
Typis Bauerianis.

